

- ta fuisset: *l. 4. c. 9. n. 79. p. 574.*; ita ut confiscationem non faciat, sed jam incursum declarat: *n. 80. p. 574.*
- Sententia pro uno lata an, & quando alteri noceat, vel profit? *tr. 1. l. 2. c. 12. de n. 100. ad 102. ex p. 269.*
- Sententia præcipitanter lata est nulla: *tr. 1. rubr. part. 2. n. 101. p. 34.*; quia præcipitata resolutio noverca justitiæ est: *n. 102. p. 35.*; maturoquæ consilio, ex allegatis, & probatis, proferranda: *n. 103. 104. p. 35.*
- Sententia notoriè injusta executioni mandari non potest: *tr. 1. rubr. part. 2. n. 163. p. 40.*
- Senatûs sententia ab inferioribus iudicibus est sequenda: *tr. 1. l. 1. c. 12. n. 19. p. 165.*; & stylus Curix: *ibi n. 20.*; licitum tamen est eis ab illis recedere; tùm quia injustum est aliquem cogere alterius iudicium omninò sequi: *n. 16. p. 164*; tùm quia nemo potest suum deponere iudicium, stante in contrarium ratione evidenti, & convincenti: *n. 17. 18. p. 164*; tùm quia licitum est etiam inferioribus à sententiis Senatûs recedere: *n. 21. p. 165.*; eo quòd legibus, non exemplis iudicandum: *n. 22.*, & non utique melius pronuntiat, qui novissimus sententiam profert: *n. 24.*; imò sæpe in gradu appellationis sententiæ revocantur in peiùs: *n. 23. p. 165.*
- Sententia, seu res iudicata, facit de albo nigrum: *tr. 2. l. 8. c. 3. n. 48. p. 802.*; de indebito, deque non ente, debitum, ensquæ: *ibi n. 49.*; per eam cessat omnis disputatio: *n. 50.*; ita ut ulterius nequis audiatur: *n. 51.*; & semel in rem iudicatam transacta, à solo Principe mutari valet: *n. 52.*
- Executioni est mandanda: *tr. 2. l. 8. c. 4. à n. 1. p. 805.*, & jam tetigimus in verb. *Executio p. 160.*
- Semper est proferenda secundùm allegata, & probata: *tr. 2. l. 8. c. 4. n. 15. p. 806.*
- Quæ non justificatur ex actis, est notoriè injusta: *tr. 2. l. 8. c. 4. n. 14. 15. p. 805.*
- Qualisnè sit nulla? Jam sermo nobis fuit in verb. *Nullitas, vers. Sententia nulla p. 302.*
- Prolata adversùs antecessorem quando successorì noceat; & quænam sententiæ alteris officiant? Etiam dedimus in verb. *Nocere p. 299.*
- Extrahere sententiam à processu nequit scriba sine petitione partis: *tr. 2. l. 8. c. 25. à n. 171. ad 173. p. 878.*; aliàs salarium ei non solvitur: *n. 170.*; imò invidi, ambitiosi, & aliquid amplius videntur: *n. 174. 175. p. 878.*
- Sententia ex falsis allegationibus, probationibus, & instrumentis prolata, ipso jure retractatur: *tr. 3. l. 3. c. 14. n. 2. p. 142.*
- Lata contrà minorem sine curatore, est ipso jure nulla: *tr. 3. l. 5. c. 7. num. 23. p. 290.*
- Lata contrà tutores, seu curatores finito eorum officio adversùs eos non exequitur: *tr. 3. l. 6. c. 15. n. 18. p. 31.*, nisi pro expensis, si litigandi legitimam causam non habuissent: *ibi n. 19. p. 31.*
- Sententia nulla, sed justa, potest, imò debet confirmari: *tr. 3. l. 5. c. 8. n. 93. p. 309.*
- Sententia debet esse conformis libello: *tr. 4. l. 1. c. 15. n. 32. p. 51.*; sed si proferatur super annexis, & connexis, nec ideò desinit esse conformis libello: *ibi n. 38. p. 52.*; siquidem ultrà petita ferri nequit sententia, ut jam diximus in verb. *Petitio p. 329.*
- Sententia, antequàm per Chancellariam transeat, executionem non habet: *tr. 4. l. 8. c. 4. n. 35. p. 233.*
- Sententia condemnans ad reddendas rationes interlocutoria est: *tr. 4. l. 1. c. 3. n. 3. p. 32.*; & ab eâ condemnato appellare non licet: *ibi n. 9.*; nisi ab incompetenti iudice prolata sit: *n. 10. p. 32.* Ratiocinii verò sententia, tam contra dantem, quàm contra petentem mandatur executioni: *tr. 4. l. 1. c. 5. n. 41. p. 53.*
- Sententia aliquem ad mortem condemnans,

nans, non exequitur, donec condemnatus rationes, quibus est obstrictus, præstet: *tr. 4. l. 1. c. 2. n. 59. p. 25.*
 Quando confirmatum vitio laborat, sententia confirmatoria vitiatur, & revisione est digna: *tr. 4. l. 1. c. 5. n. 31. p. 51.*
 Sententia, adversus alium lata, contra tertium non citatum haud exequitur: *tr. 4. l. 8. c. 12. n. 1. 2. p. 292.*, & clariùs supra in verb. *Executio. p. 160.*
 Sententia quomodo proferri debeat? *tr. 5. c. 20. n. 35. p. 43.*; & ista erit impedienda antequàm per Chancellariam transeat: *ibi n. 36. p. 43.*
 Sententia recusationis quomodo proferenda? *tr. 6. l. 6. c. 19 à n. 1. ad 4. p. 388.*
 Sententiæ appellatione venit etiam interlocutoria: *tr. 6. l. 4. c. 11. n. 7. p. 196.*; aliquando revocantur in peiùs: *ibi à n. 12. p. 197.*
 Lata per iudicem recusatum, est ipso jure nulla: *tr. 6. l. 5. c. 7. n. 12. p. 303.*
 Lata in causa criminali, in utraque domo Ulyssiponensi, & Portuensi, valida est, si pars in allegatione finali non exprefferit, quos Senatores suspectos habeat, & per quas causas, & nominet testes: *tr. 6. l. 5. c. 7. n. 36. 37. 38. p. 306.*
 A' sententia lata in causa recusationis quando appellari, aggravari, de nulitate agi, & revisio peti possit? *tr. 6. l. 6. c. 20. tot. à p. 393.*
 Diversis sententiis à iudice recusato, & adjuncto prolatis, quæ earum, anve neutra valeat? *tr. 6. l. 5. c. 10. tot. p. 317.*
 Sententia Senatùs magnam habet auctoritatem: *tr. 9. q. 84. n. 11. p. 448.*; quò ad similes casus jus facit: *q. 99. n. 13. p. 520.*
 In re dubia, ac deficiili iudicatis standum est: *tr. 9. q. 84. n. 12. p. 449.*
 Sententiam non habere, vel habere, & esse nulla, paria sunt: *tr. 9. q. 66. n. 11. p. 385.*
 Nulla est sententia ex falsa narratione: *tr. 9. q. 96. n. 11. p. 506.*
 Cujuslibet indocti est sententiam pro-

ferre, docti verò fundamenta dilucere: *tr. 9. q. 65. n. 6. p. 377.*
 Omnes deliberationes unam sententiam constituunt: *tr. 9. q. 63. n. 20. p. 366.*
 Ultrà petita nè judicandum? Minime: *tr. 9. q. 36. n. 9. 10. p. 203.* & *q. 53. n. 28. p. 296.* & *q. 56. n. 21. p. 324.*; aliàs est nulla sententia: *q. 36. n. 11. p. 203.*; aliquando tamen (præcipuè in Senatu) licet: *q. 36. n. 19. 20. 21. p. 205.*; aliàs regulariter proferenda est sententia secundum in libello, ac replica petitum: *q. 36. n. 8. p. 203.*
 Sententia lata abique partium instantia nulla est: *tr. 9. q. 36. n. 16. p. 204.*
 Res judicata quando attendatur? *tr. 9. q. 52. n. 9. p. 290.*
 Contractus sententiâ confirmatus quam vim habeat? *tr. 9. q. 41. tot. à p. 237.*
 Mandatum, seu præceptum de solvendo, modus executivus est: *tr. 9. q. 88. n. 1. p. 465.*; vim sententiæ definitivæ habet, ex eoquè actio oritur, prout ex sententia: *ibid. n. 2. p. 465.*
Separatio matrimonii: vide *Matrimonium*, & *Divortium p. 283.* & *129.*
Sepultura. Ignominia mariti est, (vel è contra) uxorem insepultam relinquere: *tr. 1. l. 4. c. 7. n. 35. p. 512.*
 Obligatio funerandi possessorem maioratùs pauperem ex conjecturata mente instituentis provenit: *tr. 1. l. 4. c. 7. n. 37. p. 512.*; quia ratio naturalis suppeditat successorem in maioratù autecessorem insepultum relinquere non debere: *ibi n. 39. p. 512.*
 Idem dicimus de consanguineo propinquiore erga consanguineum pauperem: *tr. 1. l. 4. c. 7. n. 40. p. 513.*; idem de successore in beneficio: *ibi n. 41.*; idem de Episcopis, Vicariis, perpetuis Cardinalibus, Abbatibus, Summis Pontificibus: *n. 42. p. 513.*; idem de donatario omnium bonorum: *l. 4. c. 8. n. 167. p. 558.*
 Sepultura an sit deneganda occidenti se ipsum? *tr. 2. l. 2. c. 4. à n. 9. p. 149.*
 Quisnam eam pro alio eligere possit? *tr. 3. l. 6. c. 16. tot. à p. 32.*, ubi n. 3. quod adul-

- adultus sine curatore potest sibi sepulturam eligere.
- Sequentia* secundum præcedentia intelligenda sunt: *tr. 5. c. 2. num. 60. p. 15.*; etiamquæ antecedentibus declarantur: *tr. 9. q. 63. n. 32. p. 367.*
- Sequester*, seu *sequestrarius*, qua actione, & ad quid adstringatur? *tr. 4. l. 5. c. 8. n. 86. 87. p. 382.*; carceratur si rem non restituat sequestratam: *l. 5. c. 6. n. 59. p. 359.*; reddere rationem constringitur: *l. 6. c. 9. n. 9. p. 86.*; & non tantum de rebus sequestratis, sed de eorum fructibus, & accessionibus, sive possideat, sive non: *ibi n. 10. 11.*; & hoc coram iudice sequestrum fieri iubente: *ibi n. 21. p. 81.*; quantumvis sit Clericus: *n. 22.*; & quando reddenda? *n. 33. p. 88.* Bona conservare, fructus custodire, ac vendere, & eorum pretium servare tenetur: *ibi num. 12. 13. p. 86.* Omittens facienda, faciendæ omittenda de dolo, & culpa lata tenetur: *n. 13.*; aliquando de levi, & de levissima: *n. 15. 20. p. 86. & seqq.*; & similiter tenetur de fœtibus vacarum matricium, si eas tauro submittere neglexit; sicut non locando domus, aut prædia locari solita: *n. 14. p. 86.*; constringitur colligere fructus, & in loco tuto reponere, nec non dissipata, & malè ablata revocare: *n. 24.*; fructus tempore perituros distrahere, & pretium ad litigantium utilitatem conservare: *n. 25. p. 87.*; non tamen debet pretium in emptionem prædiorum convertere: *n. 27.* Sequester, possessionem bonorum habens, potest iudices nominare ad beneficia vacantia præsentandum, & omne jus honorificum exercendum: *l. 6. c. 9. n. 16. p. 86.*; sequestrum semel susceptum, deponere nequit: *ibi n. 17.*; sed rem apud se sequestratam tradendo, liberatur: *n. 18.* Salarium habere debet, quod apud nos est pars vigesima fructuum rei sequestratæ: *n. 19. 20. p. 86.* Præscribere rem sequestratam nequit: *ibid.*
- n. 28. p. 87.*; expensas (pro quibus etiam retentionem habet) & omne, quod iudicis mandato solvit, repetit: *n. 31. 32. p. 88.*
- De sequestrario concursus creditorum plura invenies in *tr. 4. l. 6. c. 10. tot. à p. 97.*
- Sequestrum* definitur: *tr. 4. l. 6. c. 9. n. 2. p. 85.*; ei simile est arrestum, & in quo conveniat, in quo differat? *n. 38. p. 88.* Dividitur in voluntarium, & necessarium: *n. 3. 4. p. 85.*; voluntarium in omni casu, & tempore permissum: *n. 5.*; necessarium è contra omni jure prohibitum: *n. 6.*; nisi in casibus à jure permissis: *n. 7. p. 85.*
- Fidejussio, & cautio est medicina sequestri: *tr. 4. l. 6. c. 9. n. 33. p. 88.*; & an sufficiat juratoria? *ibi n. 34. p. 88.*
- Possessio quando ex sequestro amittatur? *tr. 1. l. 4. c. 12. n. 40. p. 636.*; & quando non? *tr. 4. l. 6. c. 9. à num. 29. p. 87.*
- Sequestrum decerni potest in fructibus appellatione pendente: *tr. 1. l. 1. c. 1. n. 40. p. 74.*; & ratio in *n. 41.*
- Contra tertios possessores ad sequestrum non est procedendum ex eo tantum, quod bona ab eis possessa in delinquentium inventario reperiantur scripta, si inventarii tempore illa jam possidebant: *tr. 1. l. 1. c. 4. n. 27. 28. 29. p. 91.*
- An ob occultationem bonorum procedatur ad sequestrationem? In inventariis defunctorum, & personarum particularium minimè; in inventariis confiscatorum utiquè, habita prius summarie occultationis informatione: *tr. 1. l. 1. c. 9. num. 165. p. 128.*
- Sequestrum quando fieri debeat, vel non, ob non confectum inventarium, aliavè de causa? *tr. 2. l. 6. c. 12. à n. 49. ad 62. à p. 675.*
- Sequestrum aliquando pro deposito accipitur, verum in quo differant, videtis in *tr. 4. l. 6. c. 9. n. 1. & 8. p. 84. & seq.*

- Ante rationes redditas non relaxatur sequestrum factum contra socium administrantem: *tr. 4. l. 6. c. 4. n. 65. p. 47.* Per litem tamen terminatam finitur: *l. 6. c. 9. n. 34. p. 88.*; & aliis in casibus, de quibus in *num. seqq.*
- Servare** Per quodnam tempus duret in scribis obligatio servandi acta civilia, criminalia, & inventaria? Quære paulò suppra in verb. scriba *p. 416.* Quod pluribus placet, difficile est servatu: *tr. 8. palæstr. 1. lect. 27. p. 154. col. 2. in fin.*
- Servitia** benemeritorum remunerare tenetur Princeps: *tr. 1. l. 1. c. 10. n. 126. p. 147.*
- Servitus** an dividi queat, vel ejus commoditas? *tr. 2. l. 2. c. 9. n. 33. p. 198. l. 3. c. 6. n. 26. p. 302.*
- Servitus** realis eò vadit, quò res, cui debetur, transit: *tr. 2. l. 3. c. 6. n. 28. p. 302.*
- Servitus** nequit constitui à patre in bonis filii ultrà tempus vigentis ususfructus: *tr. 3. l. 2. c. 1. n. 87. 88. p. 34.*
- Servitus** aquæ non sistendæ quænam sit, & quibus constituatur modis? *tr. 9. q. 39. n. 6. p. 220.*
- Servitus** aquæ ducendæ quo tempore acquiratur? *tr. 9. q. 39. n. 19. p. 222.*
- Quo tempore in flumine publico jus prohibendi cæteris acquiratur? *tr. 9. q. 39. n. 14. 27. p. 221. 224.*, & videtis verb. *Aqua* *p. 39.*
- In re minoris servitus constitui nequit: *tr. 9. q. 41. n. 17. p. 240.*
- Summariè servitutes, & itinera in antiquo statu reponi debent: *tr. 9. q. 56. n. 2. p. 322.*
- De servitute pascendi, videtis verb. *Pascua* *p. 322.*
- Quodnam spatium relinquere debeat, ut luminum obscuratio non attendatur? *tr. 9. q. 87. n. 5. p. 463.*, & videtis verb. *Præscriptio* *p. 339.*
- Servus** Dominus, qui servum exponit, vel non alit, aut in infirmitate non curat, illius dominium perdit: *tr. 2. l. 1. c. 7. n. 59. 60. p. 73.*; sic verò non est, licet eum in carceribus non defendat *n. 61. p. 73.*
- Servus** Familiarium, officialiumque Sanctæ Inquisitionis, an gaudeat privilegio fori? *Vide tr. 7. in cap. 8. affirmativè; & in cap. 17. negativè,* sed hæc non est nostra sententia.
- Servire** magnis dedecus non est: *tr. 3. l. 5. c. 14. n. 28. p. 389. & num. 60. p. 400.*
- Orphani, orphanæve quando alicui servire debeant? *tr. 3. l. 5. c. 12. tot. à p. 357.*
- Pueri, & puellæ non sunt cogendi extrà patriam servire: *tr. 3. l. 5. c. 12. n. 33. p. 368.*
- Compelli debent ad serviendum postquam locatio facta est: *tr. 3. l. 5. c. 12. n. 36. p. 369.*
- A' servitio conductorum an possint divertere orphani? *tr. 3. l. 5. c. 12. à n. 45. p. 370.*; & à *n. 46.* justæ divertendi causæ inveniuntur.
- Servitiæ** mariti sunt justa causa, ut ab eo uxor divertat, matrimonique vinculum (quò ad thorum tantum) separetur: *tr. 2. l. 4. c. 13. num. 46. p. 420.*
- Servitia** justa est causa, ut uxor, & filius, seorsim à viro, & patre habitent, & eis extrà domum alimenta præstentur: *tr. 3. l. 5. c. 3. num. 51. p. 246.*
- Sigillum**, vulgò *Sinete*. Appositio sigilli subscriptionem non suppleat: *tr. 1. l. 2. c. 4. n. 11. p. 188.*
- Signari** debet recusatio ab Advocato: *tr. 6. l. 3. c. 13. à n. 15. p. 101.*
- Signum**, **Signare**: videtis verb. *Scrivere* *p. 416.*
- Similitudo** rationis an faciat privilegia extendi? *tr. 7. c. 25. n. 19. p. 372.*
- Amorem**, amicitiamque allicit similitudo; sicut è contra dissimilitudo odium: *tr. 8. palæstr. 1. lect. 16. p. 78. col. 1.*
- A' naturæ regulis deviat filius, qui patris absimilis est: *tr. 8. palæstr. 2. lect. 8. p. 222. col. 1.*

- Simulatio** aliquando juvat: *tr. 1. rubr. part. 1. n. 129. p. 17.*; simulare tamen nesciunt juvenes: *ibid. n. 130.*
- Simulationis**, & fraudis conjecturæ quænam sint? *tr. 1. l. 4. c. 8. à n. 38. à p. 540. & c. 9. n. 117. 118. p. 581.*
- Præsumptio simulationis** probata, pro simulationis probatione habetur: *tr. 1. l. 4. c. 9. n. 103. p. 579.*; conjecturis simulatio probatur: *ibi n. 118. p. 582.*; sed certâ regulâ determinari nequeunt quæ, & quales conjecturæ sufficiant: *n. 119.*; adversus verò Neophytos leviores sufficiunt, quàm adversus alios: *n. 120. p. 582.*
- Simulatio non præsumitur in dubio**: *tr. 9. q. 67. n. 2. p. 387.*; ab allegante, & ejus causâ probari oportet: *ibid. n. 3. p. 387.*
- Difficilis est probationis**: *tr. 9. q. 54. n. 24. p. 302.*; idèd probatur, ex conjecturis: *q. 67. n. 4. p. 387.*; ex possessione, fructuumvè perceptione: *q. 54. n. 19. 20. p. 302.*; ex fama publica: *ibi n. 21. p. 302.*; ex paupertate, seu verisimili causa: *ibid. n. 23.*; ex sanguinis conjunctione: *q. 67. n. 5. 7. p. 387.*; an per confessiones extrajudiciales, per unumvè testem? *ibid. n. 6. p. 387.*
- Simulatio contractum ipso jure nullum reddit**, & nullum per eum dominium transfertur: *tr. 9. q. 54. n. 29. p. 303.*; pariformiter nullam reddit subhaftationem: *q. 98. n. 20. p. 514.*
- Simulatio circâ unam stipulationem aliiis non officit**: *tr. 9. quæst. 67. n. 10. p. 388.*
- Societas** definitur in *tr. 3. l. 7. c. 13. n. 2. p. 250.*; solum versari potest circâ licitam negotiationem: *ibi n. 20. p. 252.*; & à n. 45. p. 254. invenies exempla illicitarum societatum.
- Socius** debita nomine societatis contracta solvere tenetur in solidum: *tr. 1. l. 2. c. 12. n. 97. p. 269.* Sed unusquisque eorum tenetur duntaxat pro quantitate, quam in societate habet: *ibi n. 99.* An autem unus ex pluribus mercatoribus unius funditii socius valeat
- in solidum agere contra debitores? *l. 2. c. 12. n. 105. p. 270.*
- Societas omnium bonorum** coiri potest per eos, qui æqualia non habent bona: *tr. 2. l. 6. c. 1. n. 35. p. 589.*; & in eâ adeò omnia communicantur inter socios, ut utrinque communicata censeantur, tam quò ad dominium, & possessionem, quàm quò ad periculum, & commodum: *ibi n. 37. p. 590.*; fructus bonorum vinculatorum etiam communicantur: *n. 41.*; fructus Commendæ Ordinum Militarium: *n. 43.*; meliorationes factæ in rebus communicationem respicientibus: *n. 49. p. 591.*; bona castrensia: *n. 51.*; quasi castrensia: *n. 53.*; privilegia, ac immunitates: *n. 72. p. 593.*; & tandem omnia, non solum extantia contractæ societatis tempore, sed etiam omnia futura: *à n. 65. ad 69. p. 592.* Hoc intelligendum venit solummodo in societate omnium bonorum expressa; in tacita enim ea solum communicantur, quæ ex actibus quæstuariis acquiruntur: *l. 6. c. 3. num. 13. p. 612.*; intelligendo ut *à n. 15. p. 613.*
- Communicantur** itidem è converso omnia lucra, & damna, undecumque, & qualitercumquè quæsitæ: *tr. 2. l. 6. c. 5. n. 7. 8. p. 624.*; expensæ pro mittendis filiis utrorumque sociorum in studio, vel ad discendas artes, officia vè: *ibi n. 15.*; expensæ pro eis doctorandis, ad honores, ac dignitates promovendis: *n. 19.*; & in utroque casu sic procedit, cum sunt parvæ, non verò si sunt magnæ: *n. 22. p. 625.*; similiter expensæ, aut debita contracta devotionis causâ: *à n. 27.*; modò sint moderatæ: *n. 31.*; pariliter expensæ, & redemptionis unius ex sociis pretium: *n. 37. p. 626.*; pœna, qua ab injusta sententia unus ex sociis condemnatus fuit: *n. 46.*, nisi præcessisset culpa socii condemnati: *n. 47. p. 627.*; impensum ab uno ex sociis in donationibus remuneratoriis, & in eleemosynis: *n. 51.*; expensæ in-

Infirmittatis unius focii: *n. 77.*, nisi infirmitas ejus culpâ contracta fuisset: *n. 78.* An dos pro maritanda filia unius ex focii, vel donatio propter nuptias pro collocando filio unius focii, solvi debeat de communi? Sex coacervantur sententiæ, quas videbis in *l. 6. c. 3. à n. 1. ad 19. à p. 611.*, ubi affirmativa amplectitur. Nemo ambigit, quòd omnia debita, damna, & expensæ ratione societatis omnium bonorum factæ communicentur, & ex communi solvantur: *l. 6. c. 5. n. 2. p. 623.*

Non autem communicantur inter omnium bonorum socios jura, & actiones sine cessione: *tr. 2. l. 6. c. 1. n. 39. p. 590.*; nec damna recepta culpâ latâ unius ex focii, in suam enim partem imputantur: *ibi à n. 113. ad 130. p. 632.*; nec similiter damna, & debita provenientia ex dolo, culpâ latâ, & levi: *n. 66.*; nec expensæ factæ post finitam societatem: *l. 6. c. 6. n. 25. p. 634.*; nec turpiter acquisita: *l. 6. c. 1. n. 29. 30. p. 589.*, nisi licitè retineantur, quia tunc non obest, quod injustè acquirerentur: *ibi n. 31. p. 589.*

An socius omnium bonorum, altero invito socio, queat naturam societatis mutare? Minimè: *tr. 2. l. 6. c. 1. n. 26. p. 589.*; an possit domum, turrim, molendinum, aliamvè quamlibet rem in melius mutare, fenestram facere, rem reficere, prædium, & domum destinatam ad locandum colere, & habitare? Minimè etiam: *l. 6. c. 5. n. 71. 73. 75. à p. 628.*

Socius communi utens pecuniâ, ut sibi soli quærat, lucra communicat, damna solus patitur: *tr. 2. l. 6. c. 1. n. 166. p. 601.*

Æqualitas in omni societate servari oportet: *tr. 2. l. 6. c. 3. n. 5. p. 612.*

Ad delicta non videtur contracta societas: *tr. 2. l. 6. c. 3. n. 9. p. 620. & c. 5. n. 80. p. 629.*

Si rixosus fuerit socius potest à societate expelli: *tr. 2. l. 6. c. 11. n. 21. p. 667.*

& *tr. 4. l. 1. c. 6. n. 20. p. 59.*; nisi reliqui focii à principio talem esse alterum socium scivissent: *n. 22.*; expellitur etiam si promissis non obtemperet: *n. 23. & tr. 4. l. 7. c. 13. n. 57. p. 209.*; si causâ Reipublicæ se ablentare cogatur: *n. 24. p. 668.*; si inter socios conventum fuerit, ut possint à societate recedere quodcumque voluerint: *n. 25.*; si ex necessitate id fiat: *n. 26. p. 668.*

Renovata in dubio non præsumitur societas: *tr. 2. l. 6. c. 10. n. 45. p. 661.*; sed simpliciter renovata, intelligitur renovata secundum naturam societatis extinctæ: *l. 6. c. 7. n. 48. p. 645. & c. 11. à n. 1. p. 666.*

De societate circa animalia: *tr. 2. l. 7. c. 9. n. 13. p. 747.*

Societas implicata contractu conductionis ad hæredes transit, & morte unius focii non finitur, nisi assumptus postea foret in socium: *tr. 3. l. 7. c. 10. n. 184. 185. p. 231. & c. 13. n. 50. p. 254.*

Quando dari, nec nè, valeat societas inter pupillum, aut minorem, & tutorem, aut curatorem extraneosvè alios? *tr. 3. l. 7. c. 13. à n. 1. p. 250.*

Socius intrâ quatuor menses non solvens impensas pro sua parte factas in re communi, ipsa parte privatur: *tr. 3. l. 5. c. 4. n. 47. p. 263. tr. 4. l. 5. c. 8. n. 34. p. 376.*

Societas conjecturis probatur: *tr. 4. l. 5. c. 8. n. 19. p. 374.*; & eodem modo probatur aliquem adhibitum fuisse postea in socium: *ibi n. 20.*; & ex observantia subsequuta: *n. 21.*; & socius assumptus à socio assumentis particeps est, non societatis socius: *n. 22.*; & hinc profluit, quòd particeps contra socium admittentis nullam, sed contra admittentem omnem actionem habet: *n. 25. p. 375.*; quia socius alium assumens pro eo tenetur: *l. 4. c. 7. n. 40. p. 266.*

Solummodò focii administrantes rationes reddere debent, & minimè focii non administrantes: *tr. 4. l. 5. c. 8. n.*

26. p. 375.; quod si omnes per se, vel per alios administrarunt, ad invicem pro rata adstringuntur: *n. 27. p. 375.*
- An socius administrator ante rationes redditas debitor dici valeat? Negativa responsio, tum in foro, tum in iure volitare solet: *tr. 4. l. 1. c. 1. n. 112. 117. p. 12.*; nec antea cogitur pupilli pecuniam reddere: *ibi n. 114.* Et an adstringatur antea solvere capitale confocio? *dict. c. 1. n. 45. p. 9.*, & jam diximus in verb. *Petitio*, vers. *Petitio nequit capitale p. 329.*
- Via executiva, carceratio, & sequestrum non datur inter socios pro redditione rationum, sed actio tantum pro socio; & secus faciens ad damna, & interesse obstringitur: *tr. 4. l. 5. c. 6. n. 38. 39. p. 357.*
- Cum fratribus frater societatem contrahere nequit ante divisiones: *tr. 4. l. 6. c. 1. n. 22. p. 5.*
- Socius respectu creditorum ultra capitale non obligatur: *tr. 4. l. 6. c. 4. n. 88. p. 49.*; contrarium vero in *l. 7. c. 6. n. 40. p. 154.* Siquidem etiam plures unius negotii socii in solidum obligantur: *l. 6. c. 4. n. 44. p. 45.*; dummodo sociali nomine contrahant, estò in utilitatem non vertatur: *ibi n. 45.* Pariliter plures socii unius negotii in diversis provinciis administrantes, invicem institores, & alter ab altero præpositi censentur: *l. 6. c. 4. n. 43. p. 45.*
- Socius contrahens contra societatis capitula cæteros non obligat socios: *tr. 4. l. 5. c. 8. n. 64. p. 379.*; contrahens autem societatem obligatam habet, & quare? *l. 6. c. 4. n. 78. p. 48.*; contrahens etenim cum socio, in dubio potius præsumitur cum illo contrahere uti privato, quam uti socio, nisi pactum adsit, ut omnes res emptæ societatis fiant: *n. 81. p. 49.*
- Societate ad plures annos contracta, quolibet anno rationem, vulgò *Balanço*, petere potest alter socius: *tr. 4. l. 6. c. 4. n. 24. p. 42.*
- Cessante contrario pacto, lucrum, & damnum inter socios æquale erit: *tr. 4. l. 6. c. 4. n. 97. p. 51.*
- A societate recedi potest ob pacta conventa non servata: *tr. 2. l. 6. c. 11. n. 23. p. 667. tr. 4. l. 7. c. 13. n. 57. p. 209.*
- Decocta societate altera, altera decocta non dicitur: *tr. 4. l. 6. c. 4. n. 36. p. 44.*
- Ob suspicionem socii societas nondum finita dissolvitur: *tr. 4. l. 1. c. 6. n. 14. p. 58.*; sicut etiam si facultatibus deficiat socius: *l. 1. c. 1. n. 45. p. 9.*; pariliter etiam si socius rixosus, vel inimicus fiat: *l. 1. c. 6. n. 20. p. 59. & tr. 2. l. 6. c. 11. n. 21. p. 667.*; modò inimicitia sit magna: *ibid.*
- Societas circa quidpiam contracta ad aliud non extenditur: *tr. 9. q. 97. n. 13. 20. p. 510. & seq.*
- Societas inter conjuges regulatur per regulas societatis omnium bonorum: *tr. 9. q. 33. n. 8. 18. 19. p. 191. 193.*
- Debita ab altero ex sociis contracta an in solidum à quolibet peti queant? *tr. 9. q. 33. n. 9. p. 192.*, & jam enucleavimus in verb. *Correus*, ac *Debitores p. 101. & III.*
- Finitur omnis societas per mortem unius ex sociis: *tr. 2. l. 6. c. 6. n. 24. p. 634.*, sive mors sit naturalis, sive violenta: *l. 6. c. 9. à num. 8. à p. 657.*; dummodo mors non sit ignorata: *l. 6. c. 1. n. 95. p. 595. & l. 6. c. 9. n. 21. p. 658.*; & hoc procedit etiam si conventum fuerit, ut ad hæredes transeat: *l. 6. c. 9. à n. 9. p. 857.*; nisi juramento vallatum foret pactum, ut ad hæredes transiret: *n. 28.*; sed limitatio ista nullatenus viget in nostro Regno: *n. 29. p. 659.*; & idem est si tali pacto adjiceretur fidejussor: *n. 30.*; actiones tamen transeunt ad hæredes socii demortui: *n. 32. 33.*; & etiam transit societas ad hæredes, si est vectigalium, aut aliarum publicarum functionum: *à n. 34. ad 40.*; & itidem quando tempore mortis socii aliquod negotium est captum, tunc enim societas durat quousque negoti-

- gotium ad finem perducatur: à n. 41. *Solutio* quid sit? *tr. 2. l. 8. c. 6. num. 1. p. 814.*
ad 45. p. 659.
 Finitur iterum societas, cum particularis, tum universalis, per confiscationem, & publicationem bonorum ob delictum socii: *tr. 2. l. 6. c. 7. n. 2. 3. p. 641. & n. 47. 645.*; & ita similiter dissolvitur conjugalis societas: *ibi n. 4.*; ita ut statim post confiscationem unius possit alter conjux petere bonorum divisionem: *n. 6.* Dissolvitur etiam consensu, aut renuntiatione sociorum: *l. 6. c. 8. n. 2. p. 646.*; vel si bona omnia socii vendantur: *n. 4.*; vel per decoctionem ejus: *num. 6. p. 647.*; vel per venditionem rerum, ad quas fuit contracta societas: *n. 8. 10.*; vel per tacitam contrahentium voluntatem: *n. 12.*; & melius per expressam: *n. 15.*; sed non per excommunicationem maiorem: *n. 23. p. 648.*
 Societas: vide *Communicatio p. 79.*
 Socius socii mei, meus non est socius: *tr. 7. c. 8. n. 17. p. 54.*
 Socius criminis privilegio socii uti non potest: *tr. 7. c. 12. n. 59. p. 106.*
 Sodalitas: vide verb. *Confraternitas p. 91.*
 Solemnitas. Omissio levissimæ solemnitatis actum non vitiat: *tr. 1. l. 1. c. 7. n. 6. p. 102.*
 Juris communis solemnitates per statutum, consuetudinemve remitti queunt: *tr. 1. l. 1. c. 7. n. 10. p. 102.*
 Solemnitates intervenisse facit præsumere antiquitas, & temporis diurnitas: *tr. 3. l. 6. c. 13. n. 2. 5. 14. p. 25.*; & etiam decretum judicis, si intervenit: *l. 7. c. 3. n. 27. p. 158.*
 Ad alienationem rerum minorum quibus solemnitatibus opus sit? *tr. 3. l. 7. c. 3. tot. à p. 152.*
 Solemnitas quando intervenisse præsumatur? *tr. 9. q. 53. à n. 10. & à n. 20. à p. 293.*
 Nova solemnitas ad aliquem actum inducendum licita non est: *tr. 9. q. 28. n. 13. 24. 40. à p. 146.*
 Solidum, sive in solidum: videtis verb. *Actio p. 5.*

Solutio in eâ monetâ facta præsumitur, in quâ fieri debebat: *tr. 1. l. 2. c. 9. n. 82. p. 227.*; & an solutio fieri debeat inspecto monetæ valore in tempore obligationis, anve in tempore solutionis? à n. 81. *ad 83. à p. 227.*

Legatum speciei in pecunia solvi potest: *tr. 1. l. 2. c. 9. n. 110. p. 230.*

Aliud pro alio, invito creditore, solvi non potest: *tr. 1. l. 2. c. 9. n. 77. p. 227. tr. 2. l. 8. c. 6. n. 63. p. 818.*; idcirco qui speciem tritici, vel aliam debet, in pecunia solvere non potest: *tr. 1. l. 2. c. 9. n. 84. p. 228.*; qui vinum vetus debet, novum solvere nequit: *ibi n. 85.*; qui speciem debet, in genere solvere haud valet: *n. 86.*; sed potest fieri in pecunia, quam solvens scit esse de proximo minuenda: à n. 87. *ad 91.*; & si hæres est beneficiatus, potest solvere in bonis debitum pecuniarium, si in hæreditate pecunia non inveniatur: *n. 92. 93.*; & impedit executionem prædicta præstando bona: *n. 94. p. 229.*; (licet in *num. 95.* aliqui contrarium dicant); quamvis creditum sit privilegiatum: *n. 96. 97. 98. p. 229.*; dummodo tria concurrant, de quibus *n. 99.*; ita taliter, quod possit beneficiatus hæres creditores cogere, ut accipiant in solutum hæreditaria debita, nisi hæreditas sit opulenta: *n. 100. 101.*; sicut etiam hæres, qui neque pecuniam habet, neque rerum hæreditariarum emptorem invenit: *n. 104. p. 229.*; & multo fortius hæres beneficiatus: *n. 109. p. 230.* Hæres, licet beneficiatus, debet in pecunia solvere quando sic defunctus jussit: *n. 111. p. 230.*, contrarium tenent alii in *num. 113.*; & nunquam creditores cogi possunt recipere in solutum res, nisi hæreditariæ sint: *n. 118. p. 231.* In pecunia etiam est ab hærede facienda solutio, quando sic defuncti obligatio erat: *n. 76. p. 227.*, & etiam,

nisi in casu necessitatis: *tr. 2. l. 8. c. 6. n. 64. p. 818.*; vel impossibilitatis, aut difficultatis: *n. 65. 66.*; vel quando ipsum aliud succedit in loco ejus, quod debetur: *n. 67.*; vel in contractibus innominatis: *n. 68.*; vel si debetur quantitas loco speciei: *n. 69.*; vel si unum est in obligatione, aliud in solutione: *n. 70.*; vel si subsistit contraria consuetudo: *n. 71.*; vel in debito ex dispositione legis: *n. 72.*; vel datâ justâ causâ: *n. 73.*; vel si servitus est promissa in aliqua fundi parte: *n. 74. p. 819.*; vel in tributis: *n. 75.*; vel in pignoribus: *n. 76.*; vel quando hæres debitoris fecit inventarium: *n. 77.*; vel in libris: *n. 79.*; vel tandem si creditor consentit: *n. 78. p. 819.*

In solutum accipere pignus an cogi valeat creditor? *tr. 1. l. 2. c. 9. num. 78. p. 227.*

Hæres inventario confecto nequit sibi in solutum rem applicare: *tr. 1. l. 2. c. 10. n. 18. 19. 20. p. 235.*; neque propria authoritate sibi solvere: *ibi n. 21.* An in foro conscientie teneatur hæres solvere legata in testamento minus solemni relicta? *l. 3. c. 11. n. 132. p. 375.* Unusquisque hæredum tenetur debita defuncti solvere pro portionibus hæreditariis: *l. 2. c. 12. n. 98. p. 270.*

An hæres beneficiatus, vel obligatus intrâ vires tantum peculii, rectè solvat creditoribus, atque legatariis primò venientibus, quin alii creditores, legatariivè illi objicere possint, quare non reservavit bona, unde eis solveret? Affirmativè *tr. 1. l. 3. c. 8. à n. 75. ad 81. à p. 324.*; maximè si posteriori creditori, præsentè anteriori, solvit: *n. 110. p. 328.*; vel si iudicis solvit jussu: *num. 111.* Sed hæres, qui super hæreditatem controversiam patitur, legatariis solvere non potest, nisi ab illis præstitâ cautione de restituendo: *n. 114.*; aliàs suo periculo solvit: *n. 115. p. 328.*

Socius debita, societatis nomine contracta, solvere obstringitur in solidum: *tr. 1. l. 2. c. 12. n. 97. p. 269.*

Debitor certæ quantitatis, eâ solutâ, ad ampliùs non tenetur: *tr. 1. l. 3. c. 8. n. 77. p. 324.*; quia solutione ejus, quod debetur omnis solvitur obligatio: *tr. 2. l. 8. c. 6. à n. 2. p. 814. tr. 4. l. 3. c. 6. n. 1. p. 182.*; & solvuntur pignora, & hypotheca: *n. 25. p. 816.*; quod limitatur à *n. 47. p. 817.*, ubi quibus legitime, vel illegitime solvatur.

Scienter solutum repeti ampliùs non potest: *tr. 1. l. 3. c. 11. n. 131. p. 375.*

Partem legati solvens, integrum legatum persolvere adstringitur: *tr. 1. l. 3. c. 11. n. 130. p. 375.*

Successor in Episcopatu an teneatur sui antecessoris debita persolvere? *In tr. 1. l. 4. c. 4. n. 12. & seqq. à p. 451. & in n. 17. p. 452.* affirmativè deciditur.

Hæres beneficiati, & non successor, debita illius solvere cogitur: *n. 16. p. 452.* Prælati antecessoris debita solvere tenetur: *n. 18.*; sed tantum intrâ vires spoli: *n. 19.*; & pariformiter debita antecessoris pro redemptione captivorum contracta, pro pauperum alimentis, & pro carcere detentos liberando: *n. 20.*; & contracta pro sustentatione prædecessoris, suævè familiæ: *num. 21.*, nisi prædecessor illa contraxisset excedendo decentem vivendi modum: *n. 22.*; contracta pro litium, ministrorum, famulorumquè Ecclesiæ expensis: *n. 23. p. 453.*; modò Prælati justam litigandi habuisset causam: *n. 24.*; non tamen obstringitur ad contracta ratione delicti, vel quasi delicti: *n. 25. 43. p. 453. 455.* Sic etiam obstringitur successor solvere pensiones decursas ratione beneficii tempore antecessoris: *n. 26. p. 453.*; dummodò eis sufficiens congrua ad vivendum remaneat: *n. 27.*; prout etiam obstringitur ad contracta pro Ecclesiæ ornamentis: *n. 28.*; & si mutuans pecuniam det Prælati, ut eam à successore

re répetat, tenetur probare versam fuisse in utilitatem Ecclesiæ: *n. 29. p. 453.*; nisi mutuet in simul Prælato, & Capitulo: *n. 31. p. 454.*; non tamen adstringitur solvere expensas factas in sepeliendo prædecessore: *n. 32. p. 454.*; sed ab hærede ipsius (dicunt alii) sunt solvendæ: *n. 33.*; tenetur tamen solvere expensas Bullarû prædecessoris: *n. 34.*; iudex verumtamen inventarii nequit se intromittere in solutione debitorum ratione Ecclesiæ contractorum: *n. 35.*; successor iterum tenetur solvere salaria famulorum antecessoris: *n. 37. p. 455.*; non verò debita ratione suorum bonorum patrimonialium contracta: *n. 38.*; nec contracta pro usibus profanis: *n. 39.*; sed illius hæres: *n. 40.*; nec contracta ab antecessore ante ingressum Episcopatus: *n. 41.*; benè tamen poterit ipse prædecessor in vita sua ex redditibus Episcopatus illa persolvere: *n. 42.* Hæres autem Episcopi conveniri potest pro omnibus damnis, quæ ipse Episcopus Ecclesiæ dedit: *n. 45. p. 456.*

Fiscus non cogitur solvere pecuniam creditam hæretico, præterquam si creditor probet in utilitatem bonorum illius conversam fuisse: *tr. 1. l. 4. c. 4. n. 30. p. 453.*

Solutio facta à commissario cum potestate solvendi legitima est: *tr. 1. l. 4. c. 6. n. 137. p. 484.*

Solutio ab administratore facta adversus regimen, seu præceptum domini, ei non prodest, nec in rationibus expensi calculatur: *tr. 1. l. 4. c. 10. n. 5. p. 589.*; quoniam coactus est solvere in formam regiminis: *num. 91. p. 600.*; & post solutionis tempus à creditoribus conveniri potest: *n. 92. p. 601.*; nec verum debitum ante diem solvere potest: *n. 94. p. 600.*

Solutio facta non vero creditori an administratorem liberet? *tr. 1. l. 4. c. 10. à n. 100. ad 103. p. 602.*

Solvens pro invito habet adversus eum

actionem repetitionis illius, quod pro eo solvit: *tract. 2. l. 8. c. 6. num. 18. p. 815.*

In dubio præsumitur debitor solvere in causam arctiorem, durior, & gravio: *tr. 2. l. 7. c. 2. n. 39. p. 695. & l. 8. c. 6. n. 39. p. 817.*, nisi verosimiliter appareat in aliam causam solutionem fuisse factam: *dict. c. 6. n. 40. p. 817.*; sed in debito sortis, & usurarum, primò persolvuntur istæ, & postea minuitur illa: *dict. c. 2. n. 40. p. 696.*; & facta solutione sortis, intelligitur facta de fructibus, & usuris: *dict. c. 6. n. 43. p. 817.*; nisi creditor protestatus foret sibi reservare jus ad petendas usuras, & fructus: *ibi n. 44.*

Partem debiti solvens totum debitum agnovisse, & factus fuisse videtur: *tr. 2. l. 8. c. 13. n. 42. 43. p. 840.*

Residuum solvens, omne debitum solvisse censetur: *tr. 2. l. 8. c. 6. n. 45. p. 817.*

Non præsumitur solutio, cum sit quid facti: *tr. 2. l. 8. c. 6. n. 48. p. 817.*

Probatur tamen scripturis, quietantiis, testibus: *tr. 2. l. 8. c. 6. n. 49. p. 817.*; conjecturis, & præsumptionibus: *n. 50.*, ut sunt quæ enumerantur *ibi à n. 51. ad 60. p. 818.*

Solutio minus legitima adhuc debitorem liberat, si versa fuit in utilitatem recipientis: *tr. 2. l. 8. c. 6. n. 31. p. 816.*

Solutio facta à tutore, aut curatore, vel ipsis facta, quando liberet debitorem? *tr. 3. l. 6. c. 22. tot. à p. 46.*; & de solutione minori, vel à minore facta, multa, si placeat, videsis in *tr. 3. l. 5. c. 11. à n. 27. ad 35. p. 339.*; & quando solvitur minori sine præsentia, jussu tamen iudicis, an liberetur debitor? *l. 4. c. 10. n. 44. p. 212.*

Absentis creditoribus solvere, quando ejusdemmet absentis curator valeat? *tr. 3. l. 4. c. 18. n. 71. p. 213.*

Prorogare debitoribus solutionis tempus quando curator queat? *tr. 3. l. 4. c. 10. n. 81. p. 214.*; & quando sunt plures tutores, & curatores, an possit unus

- unus tantum prorogare? *l. 6. c. 38. n. 36. p. 88.*
- Solutio capitalis societatis an peti valeat priusquam discutiantur rationes? *tr. 4. l. 1. c. 1. n. 45. p. 9.*
- Administrator solvens, an de suis, de administrationisve pecuniis presumatur solvere? *tr. 4. l. 1. c. 1. n. 104. 134. p. 11. 13.*; quando possit sibi solvere de bonis administrationis? *ibi num. 110. p. 12.*
- Coademnatus ad solutionem frumenti, aut vini, quando liberetur solvendo aestimationem? *tr. 4. l. 2. c. 10. n. 52. p. 132.*, & quomodo satisficiat, si frumenti, olei, aut vini non est expressa bonitas? *ibi n. 53.*; quando constituatur in mora? *n. 54.*; ex mora namque aestimatione quanti plurimi oneratur: *n. 57.*; quid quando requirebatur labor ad asportandam speciem debitam? *n. 55.*; non autem oneratur si insolita carestia eveniat, & creditor triticum, vel quid simile, sine protestatione quanti plurimi accipiat: *n. 58.*; & quando administrator triticum, & similia vendens ante tempus dicatur in culpa? *n. 59.*; & an obligetur triticum, vinum, vel oleum extra locum mittere, ut carius vendatur? *n. 60. p. 132.*
- An habens tres apochas solutionis trium annorum continuorum presumatur praeteritorum annorum pensiones solvisse? *tr. 4. l. 2. c. 10. n. 101. p. 137.*, ubi affirmativè: sed fallit quando habitae sunt ab eo, qui alieno nomine exegit: *ibi n. 102.*; & quando praefatae tres solutiones non per scripturas, sed per testes probantur: *n. 103.*; & etiam quando una solutio facta fuit pro tribus annis: *n. 104.*; & quando solutio non est pro tribus annis proximè praeteritis ante motam litem: *n. 105. p. 137.* Ex duabus liberationibus, seu quietationibus, diversis temporibus factis ejusdem summae, bina presumitur solutio: *l. 3. c. 6. n. 53. p. 188.* & *l. 8. c. 15. à n. 43. à p. 320.*, ubi etiam quando è converso? Satisfactus itidem presumitur, qui non reddit rationem, debens eam reddere: *l. 6. c. 10. n. 18. 19. p. 93.*
- Solvens, nullà coactione adhibitâ, invitus solvere dicitur, sciens se posse cogi: *tr. 4. l. 8. c. 17. n. 21. p. 333.*
- Non injucundum fore arbitror disquirere: quando debitum censeatur remissum? Consule *tr. 4. l. 3. c. 5. à n. 47. ad 50. à p. 178.*; quando solutum? *n. 51. p. 179.*, ubi pro conjectura sumitur conjunctio sanguinis, diurnitas temporis, & saepe facta calculatio.
- Quietatio, in qua creditor autumat, se recepisse tantum pro residuo, vulgò *de resto*, omne debitum solutum probat: *tr. 4. l. 3. c. 6. n. 55. p. 188.*
- Quibus rectè solvatur, mihi dabis? Dabo equidem: uni socio: *tr. 4. l. 6. c. 4. n. 39. p. 44.*; focii enim ad exigendum, atque ad reliqua utilia, non verò ad praedjudicialia, mandatum habent ad invicem: *ibi n. 41.*; & debitum sociale solutum, in rationis calculo venit: *n. 42. p. 44.* Procuratori praesentanti mandatum: *l. 6. c. 8. n. 68. 69. 70. p. 78.* Portanti literas credentiales: *ibi n. 71. p. 79.* Famulo, aliavè personae solitae mitti per dominum: *n. 73. p. 79.* Pro-tutori, seu pro curatori? *l. 4. c. 9. n. 43. p. 277.* Uni ex sociis, vel correis credendi: *l. 3. c. 8. n. 13. p. 196.*; & similiter è contra solutio facta per unum ex correis debendi, ceteros liberat: *n. 14.*; prout liberatio per viam solutionis (secus per viam transactionis) facta uni ex correis debendi alterum liberat: *n. 16. p. 197.* An nuntio à creditore misso? *l. 3. c. 11. n. 4. p. 221.*; sed quid si debitor per nuntium ipsius rem debitam creditori mittat? *ibi à n. 5. ad 12. & n. 17. à p. 221.*, ubi permulta ad hoc pulchra; & quando conventum est, ut afferenti tale signum solvatur, vel res tradatur, an solvens, vel tradens liberetur? *ibi n. 13. p. 222.* Judici, aut apparitori

paritori executionem facienti rectè solvitur: *ibi n. 14. p. 222.* Alicujus maioratus possessori, estò possessor receptæ solutionis tempore extitisset privatus: *l. 6. c. 2. n. 58. p. 18.* Ita etiam procuratori revocato: *ibid. n. 59.* Ita ei, qui communiter, & palam persona idonea reputabatur: *n. 60.* Ita exactori Civitatis revocato, si solutio facta fuit ante revocationis scientiam: *n. 61.* Prælato intruso, & tolerato itidem: *n. 62.* Pariliter ei, qui solitus erat exigere: *n. 63.* Similiter consignatio frumenti rectè persolvitur ei, qui minister annonæ reputabatur, nec non tutori putativo: *ibi n. 64. p. 18.*

Solutio summæ confestatae, præcedente solidatione alicujus computi specialis prætextu aliorum pendentium non retardatur: *tr. 4. l. 5. c. 6. n. 30. p. 356.*; nisi confessio calculi resultet ex uno tantum libro, cæteris non recognitis, quia tunc condemnari nequit: *n. 31. p. 356.*

De exceptione solutionis: *tr. 4. l. 1. c. 1. n. 88. p. 11.*; per istam enim ab uno ex tutoribus factam repelluntur pupilli, & minores, actione tutelæ agentes: *l. 3. c. 11. n. 1. 2. 3. p. 220.*

Frustrà quis petit sibi solvi debitum, qui quod debet alteri solvere recusat: *tr. 5. c. 2. n. 8. p. 11.*

Qui beneficium solvit, liberalitatem non exercet: *tr. 6. l. 4. c. 12. n. 4. p. 199.*

Solutio minoribus fieri nequit validè: *tr. 9. q. 17. n. 8. p. 70.*; quod causâ studii limitabis: *ibi n. 46. p. 76.*; & etiam, vel illis, vel aliis de tutoris mandato: *q. 18. n. 28. p. 83.*; & etiam minori ad alimenta, quem tutor alere tenebatur: *ibi n. 29. p. 83.*

Solutio facta à tertio, de voluntate domini facta censetur: *tr. 9. q. 17. n. 56. p. 77.*; & solvens tertio de creditoris consensu, vel creditori creditoris, benè solvit: *q. 18. n. 23. 32. p. 83. & seq.*; quo casu solutio facta creditori censetur: *ibi n. 24. p. 83.*; & ideò admit-

titur exceptio solutionis factæ creditori sui creditoris: *ibid. n. 25. p. 83.*

Solvens quod debet, nec repetere, nec compensare quit: *tr. 9. q. 17. n. 6. p. 69.*

Solvens verò ultra, quod debet, donare præsumitur: *tr. 9. q. 17. n. 10. p. 70.*

Solutio tutori facta, tanquam administratori facta censetur: *tr. 9. q. 18. n. 30. p. 84.*

Me solutione alterius liberari, magna æquitas est: *tr. 9. q. 18. n. 26. p. 83.*; & contrarium objiciens, doli exceptione repellitur: *ibid. n. 27. p. 83.*

Non esse solvendo quis dicatur? *tr. 9. q. 30. n. 5. 6. p. 184.*

Reliqua in verb. *Quietatio p. 360.*

Somnum. Dormire integrâ nocte officia publica exercenti non licet: *tr. 1. rubric. part. 2. à n. 86. ad 88. à p. 33.*

Sors. In dubio an ad iudicium sortis sit recurrendum? *tr. 2. l. 4. c. 5. n. 41. p. 356.*

Sortis iudicium quando impugnari, ac rescindi queat? *tr. 2. l. 8. c. 4. à n. 8. ad 13. p. 809.*

Sors ut sua cuique placeat, bonum, sanctumquè est: *tr. 6. l. 2. c. 16. n. 3. p. 55.*

Sortis cæco iudicio nemo stare compellitur: *tr. 6. l. 2. c. 16. n. 2. p. 55.*

Specialia non sunt multiplicanda: *tr. 1. l. 2. c. 12. n. 16. p. 263.*

Specialia in uno ad aliud trahi non possunt: *tr. 9. q. 21. n. 20. p. 101.*

Speculum sæpè sæpius discipulis Socrates offerebat suis: & quare? *tr. 8. palæstr. 1. lect. 10. p. 42. col. 2.*

Spes, quæ originem habet ex causâ de præterito, vel præsentis, probabilis, & considerabilis est: *tr. 2. l. 6. c. 1. n. 174. p. 601.*

De spe certa idem iudicatur, quod de ipso jure realiter competente: *tr. 2. l. 6. c. 1. n. 175. p. 601.*; spesquè certa æstimationem récipit: *n. 176. p. 602.*; vendi, donari, hypothecari potest, & in contractum deduci: *n. 177. & 2. seqq. p. 602.*

Spes verò incerta inattendibilis est: *tr. 2. l. 6. c. 1. à n. 180. p. 602.*

- Spolium.** Probata spoliatione, ipsa probatio pro liquidatione sufficit ad verisimilem usque quantitatem: *tr. 1. l. 1. c. 9. n. 126. p. 123.*
- De Episcoporum spoliis** agitur in *tr. 1. l. 4. c. 3. n. 24. 25. p. 442.*, & jam diximus in verb. *Bona*, verl. *Bona intuitu Ecclesie* p. 48.
- In iudicio possessorio proprietatis** quaestio admittitur in continenti probata: *tr. 2. l. 2. c. 10. n. 87. p. 209.*
- Spolium postulat possessionis**, & dejectionis probationem: *tr. 3. l. 6. c. 44. n. 67. 68. p. 118.*
- Locus, & tempus spoli** necessariò declarandum: *tr. 3. l. 6. c. 44. num. 87. p. 120.*
- Spolii actione** uti potest unus rei communis condominus pro possessione totius rei habenda: *tr. 3. l. 5. c. 4. n. 36. p. 262.*
- Spoliatus ad minimum usque obolum** restitui debet: *tr. 3. l. 6. c. 44. n. 8. p. 114.*; tametsi prædo sit, aut fur: *ibi n. 25. p. 115.*; & nullis exceptionibus regulariter restitutio impeditur: *ibid. à n. 45. p. 117.*; damna, & interesse in hac actione per iuramentum spoliati liquidantur: *n. 63. p. 118.*; aliquibus an in casibus restitutio denegetur spoliato? *à n. 67. p. 118.*
- Spolium committit tutor, curator, administrator**, qui, administratione finitâ, rerum immobilium possessionem non restitunt, & actione spoliî conveniri queunt: *tr. 4. l. 5. c. 7. n. 31. p. 368.*; alieno quippè nomine rem retinens, & restituere recusans, spoliare dicitur: *ibi n. 32. p. 368.*
- Nunquid tutor, seu administrator, ante rationem præstitam conveniri** valeat actione spoliî? *tr. 4. l. 1. c. 1. n. 113. p. 12.*
- In spolio suo non gaudet foro orphanus** intrâ annum conventus: *tr. 5. c. 2. n. 21. p. 12. & n. 51. p. 14.*
- Spolium à iudice** quandò commissum dicatur? *tr. 9. q. 73. n. 2. 3. p. 410.*; dum mittit alterum in possessionem ab altero occupatam, spolium committit: *q. 26. n. 4. p. 131.*
- Absque possessione spolium non datur**: *tr. 9. q. 55. n. 23. 33. 36. à p. 316. & q. 78. n. 13. p. 426.*; & qualis esse debeat? *q. 78. n. 14. p. 426.*
- Ad iura incorporalia recuperanda** an remedia possessoria competant? *tr. 9. q. 55. n. 1. 37. p. 312. 319.*; & quid si iura ista ratione officii, dignitatisvè competant? *q. 55. n. 4. p. 313.*; & an in iudicio sæculari inter ecclesiasticos intentari valeant? *ibi n. 5. p. 313.*
- An ad successorem transferantur** remedia possessoria? *tr. 9. q. 55. n. 3. p. 312.*
- Super restitutione, & possessionis conservatione** quandò pronuntiari debeat? *tr. 9. q. 56. n. 6. p. 322.*
